

1654 März 31., Paris

A

SCHREIBEN VON KONRAD IV. ZURLAUBEN, STUDENT DER RHETORIK, AN  
BEAT II. ZURLAUBEN, ZUG

"Maiorum nostrorum vetus erat mos et consuetudo ut cum paschalia gaudia [- 1654 feierte man Ostern am 5. April -] ingruerent munuscula quaedam si non magni aut eximij valoris, eximiae saltem et optimae voluntatis veluti signa pararent, quibus sibi invicem occurrerent et se cohonestarent. Nec immerito id praestitere, Siquidem sanctissimo illo die Salvator noster devicto mortis aculeo nobis de servitute ac potestate tenebrarum erutis, Lucem simul cum Libertate restituit, ac Triumphator concomitantibus angelicarum mentium agminibus ipsisque suavissimo cantus modulamine applaudentium caelestia regna repetivit. Quam ob rem ego, ut haudquaquam à tam nobili maiorum nostrorum consuetudine degenerare vi, ... [?]<sup>1</sup> illorum exemplum imitari conatus diu multumque animo mecum reputari quibus paternitati vestrae muneribus occurrere possem, ac ubique singulari studio et sollicitudine munera quaesivi ne sine gratijs et muneribus esse dicerer. Sed dum haec mecum animo voluerem subito paschalia illa gaudia iamiam adesse animadverti. Cumque nullum adhuc munus Cymelium Paternitate vestra dignum gratumque invenissem. Nescio quo fato et qua mentis agitatione correptus praeclaram illam sententiam mihi in mentem revocavi. Nimirum quaesit ait.

Plus ille dare videtur qui munera licet exigua sint, cito, Lubenti, annuenteque dat voluntate, Quam qui maxima invitus et sero donat. Cum ego igitur nulla munera satis magna et Paternali vestrae convenientia mihi comparate et invenire potuerim, Ne tamen maiorum decretum contemnere viderer me non tam incivilem et ingratum exhibere volui, Quin paternitati vestrae, si non eximijs muneribus bona tamen et propensa voluntate occurrerem.

Quam ob rem Licet ego Paternitati Vestrae non aliud munus Cymelium quam gratum meum animum, amorem, et affectum offerre possim. Non tamen idcirco omni spe alterius munusculi et forsitam maioris obtinendi destituor. NB Sapienti pauca NB  $\bar{U}$  multa uno comprehendam verbo, magis decorum existimavi si paternitati Vestrae pauca sed optimae voluntatis signa Lubens, quam eximia invitus pro paschalibus hisce ferijs donarem. Cumque nullae eximiae mihi sunt dotes pro illis, Paternitati vestrae, Animum cum voluntate meum, ferrentem amorem cum affectu, debitamque obedientiam simul cum Honore ex intimis animae meae medullis offero ut sic me servitijs et voluntati suae omni tempore et loco


paratissimum pro[m]ptissimumque esse, pro certo habeat.

Munera cum desint mihi, quae tibi tradere possim

Regia, non munus. Mentem animumque cape.

Caeterum si hoc meum munus cymelium seu epistola non satis pinguis sit exornatis bene sententijs et verborum elegantissimorum copia abundet. Spero tamen fore ut Paternitas vestra mihi non invitus nec immerito ignoscat, cum ieiunium ventrem ieiuna etiam et macilenta seu enervis oratio sequi soleat. Siquidem Parisijs non tam facile quis quadragesimales ferias transigere potest quam in Helvetia, cum ibi delicatae Fruttae hic aselli marini ibi omnis generis recentes pisces hic vero omnes sale confecti reperiantur. Unum superest quod paternitati vestrae Annunciare volui Nimirum nos cineralibus hisce serijs, et studijs, sive Logicae nostrae simul finem facturos esse, ut sic pro piscibus carnem et pro involutis Logicae syrtibus operationibusque mentis advenim directis, Actionem humanam ad bonum dirigere aggrediamur.

Dignabitur Tamen Pa[ternitas] Vestra si placeat meo nomine salutare Dominam Matrem [Euphemia H o n e g g e r] fratrem [B e a t J a k o b I. Zurlauben] et sorores meas<sup>2</sup> illisque meo nomine Foelix, Foelicus, et Foelicissimum Pascha annunciare."

1) 

2) s. Meier/Zurlaubiana "Stammtafel" 863 unter 7.5.

Original, mit Siegel - AH 85, 66-67

24

1699 Oktober 26., Baden

A

SCHREIBEN VON DR. MED. FR[ANZ] JAKOB KELLER AN DEN LANDVOGT DER FREIEN AEMTER, [BEAT JAKOB II.] ZURLAUBEN VON GESTELENBURG, ZUG

"Es hatt mein ... Herr schwager verwichner tagsatzung [der XIII Orte sowie von Stadt und Abtei St. Gallen vom 28. September 1699 in Baden]<sup>1</sup> den Conto zuo überschicken Verlangt, hab also selben übertrag wöllen lassen, und besteht in folgendem[:]

Herr Schwager hatt 2 mahlzeiten ist	2 R	
Der Diener hatt 9 mahlzeit	8	10 ss
Für pferdt und Extra ist	10	30
Summa	20 R	40 ss